

tio talis aperte remouetur. Aut non militant: & sic ad munus dictum minime inueniuntur idonei, cum id deficit illis, proper quod ad munus, probitatem & integratatem requirens eximiam, eligantur. Suis ergo residere sinantur in domibus, ut ibi, non terrarum, sed collimmena spatia, quod corum dirigendus est cursus, metiantur.

Hispanis quomodo terra distribuuntur, & quod prescriptione sine iustitia nullatenus immunit in ea quantitate, quae per eorum labores non amplius compensatur. Dum enim terras colunt, fructus habent quos vendant, & emptores cum venditionem repetunt, ex ea jura Regia magis accrescent, quam ex portione tenui addita Nouenii accresceret. Quin etiam quod haec ratione laicorum bona copiosiora sunt, dum pro elemosynis non virginatur, cum habeant Religiosi unde sufficiantem commodi possint: ex maiori autem bonorum in priuatis copiis, in Regem sua etiam emolumenta redundant. Schedula ergo dicta, & quia immunitati Ecclesiae iuxta receptissimam sententiam aduersa, & illis expedita temporibus, quibus res istae non ita attente, accurate, juridice, & religiosè propriebantur, non multum videtur virgere, que & alias per non vnum longissimi temporis merito abrogata potest judicari.

Etiam sine illa stare possessionem posse nulla conscientia. Id autem quod de terris dictum est, ad aquas etiam referendum; & fontes quidem ac sunt, cum scaturigines eius sint, cuius & terræ, in quibus & terra. suam habent originem, vel quasi partes vel quasi fructus, & ita cum terris pariter conceduntur. Potest ergo quis eorum aquis pro libitu vti. Quod autem ex irrigationibus extra terras proprias fluit, impedi nequit quod minus indigenti proficiat: vbi enim effluxerunt, jam dominii prioris esse defierunt. Vnde qui vt vicino incommodent ac alio diuerterent vbi viles illi esse nequeant, inhumanè agit, & grauter contra charitatem peccat. Credo autem & contra justitiam peccare, quia Rex, qui terras donavit aut vendidit, nullo modo voluit eas sic transferre, vt aquæ ipsarum, utiliter posse vicini viles esse possent, inutiles redderentur. Et quidem si Rex ita vellet, contra charitatem peccaret: ergo credendum non est inhumanius illum abusum voluisse. Ex quo fit sic tradidisse illas, vt earum dominos ad non diuertendas inutiliter cum vicinorum incommodes obligari. Quia vero prætextus aliqui ad diuentionem dictam afferri solent, & utilitates affirmari; sic facientes conscientias suas consulant, & Deo judice intentionis arcanum recognoscant.

No terra distributa Ecclesiæ vendantur quomodo statui potuerit. Illud tamen difficile occurrit, quod in Schedulâ Ann. 1535. habetur Tomo 1. pag. 65. & 66. Sic enim post commedatam terrarum distributionem additur: Conque loqueaf se les repartiere, no lo puden vendre à Iglesia, sopena que lo ayen perido y pierdan, y se pue da repartir à otros. Videtur namque illud manifeste contrarium Ecclesiasticae immunitati. Quod tamen conantur defendere D. Solorzani suprà, pag. 994. in principio. & Dom. Escalona Parte 1. Lib. 1. pag. 98. num. 31. vbi ait quod licet prædicta Schedula in Nouam-Hispaniam fuerit directa, juxta illam etiam est in Peruuo judicandum; quia ista duo regna eidem legibus gubernantur, & eadem est in illis ratio. Purusque rationem decisionis fuisse, ne decimæ, & consequenter Noueni Regij minuantur. Sed certè cum odio & pœnalis talis dispositio sit, non debet ultra terminum, ad quem est directa, protendi, vt est communis sententia, quam tenent Nauarrus, Castrus, Glosa, Emmanuel Rodericus, P. Suarez, P. Salas, P. Molina, P. Thomas Sancius, quos adducit & sequitur P. Palau Tomo

1. Tractat. 3. Disput. 5. Puncto 3. §. 4. num. 3. iunctis iis quæ habet, num. precedentibus. Diana Parte 1. Tractat. 10. Resolut. 26. vbi alios refert. Deinde in Peruuo tali dispositio in vnu non fuit, & ita ab illarum regionum Ecclesiæ, & Religiosis compositiones admisse, non solum quando tertij possessores, sed cum primi. Ex quo Regij Noueni nullatenus immunit in ea quantitate, quæ per eorum labores non amplius compensatur. Regij Noueni nullatenus immunit in ea quantitate, quæ per eorum labores non amplius compensatur.

161 Lam quod ad Hispanos spectat quibus terra distribuuntur, satis est prouida dispositio. & nulli legitimos ostendenti titulos molestia inferunt, sicut neque quadragenaria probanti possessionem, suffragante illi præscriptione, vt DD. Solorzani, & Escalona aduertunt; estque iuxta Instrukções, que mensuraram istarum judicibus obseruandæ proponuntur. Immò neque quadragenaria requiri, sed longissima suffice-re tradit ex citatis prior in Politicâ pag. 993. §. Aunque sin embargo: juxta regulas præscriptionis, & probabiles Doctorum sententias, pro quibus videri possunt quotquot de iustitia & jure agunt, & præsertim Societas Auctores, ex quibus P. Molina Disput. 73. & 74. P. Lessius Lib. 2. cap. 6. Dub. 8. P. Turrianus Disput. 47. Dub. 7. & P. Gaspar Hurtadus Disput. 2. Difficult. 11. An autem qui titulos non habet nec præscriptione se tueri potest, sit tutus in conscientia non vniens compositione, inquiri merito potest: & videtur affirmandum; quia licet per generales regulas iniquis possessor, qui scilicet alienum occupat, tutus in conscientia non sit; in eas tamen præsenti spe-cialis est ratio ex Regiâ conniventiâ: non enim Reges nostri possessores tales vt aperte iniquos tractari permittunt, sed vt benignè cum eis agatur serio adiungent, vii qui spoliari eos nolint, sed honestâ compositione seruire. Dum ergo illi parati sint ad compositionem huiusmodi, non sunt vt grauis peccati rei condemnandi, atque ad restitutionem nimis onerosam arctandi. Pro quo etiam facit tales agricultores terras suo labore conditionis melioris reddere, & ita domino pretiosiores, vt non penitus iniuti censi debeat, quandoquidem eorum negotium viliter agitur: & si labor huiusmodi non fuisset, terræ sic possesse prorsus inutiles extitissent.

162 Illud tamen difficile occurrit, quod in Schedulâ Ann. 1535. habetur Tomo 1. pag. 65. & 66. Sic enim post commedatam terrarum distributionem additur: Conque loqueaf se les repartiere, no lo puden vendre à Iglesia, sopena que lo ayen perido y pierdan, y se pue da repartir à otros. Videtur namque illud manifeste contrarium Ecclesiasticae immunitati. Quod tamen conantur defendere D. Solorzani suprà, pag. 994. in principio. & Dom. Escalona Parte 1. Lib. 1. pag. 98. num. 31. vbi ait quod licet prædicta Schedula in Nouam-Hispaniam fuerit directa, juxta illam etiam est in Peruuo judicandum; quia ista duo regna eidem legibus gubernantur, & eadem est in illis ratio. Fluminis esse communitatis. Fluminis autem omnia, & portus publici sunt; ideoque ius pescandi omnibus commune est in portibus fluminibusque. Sic ibi. Quod si ita est, licebit omnibus, qui prædia in Indiis habent, pro libito aquas educere ad irrigationem necessarias. Quod tamen ita non accidit: prohibentur enim tales sic agere, & pro irrigatione suræ sunt mensuræ & tempora constituta, vt omnibus prædictis aqua sufficiat, pro quâ solet usque ad sanguinem decertari. Fluminum ergo aquas Rex distribuit vt dominus, vt jam non publica esse videantur. Ad quod quidem cum distinctione mihi videtur respondendum. Sunt quidem flumina publica &

& communis vnu, quando sic personalis est, domesticus pro ordinariis ministeriis: vnde & bibere quis gratis ex flumine quis potest, & ad domesticas necessitates quantum voluerit deportare. Hinc est illorum sententia, qui dicunt aquatores non debere aequalum, quia aqua vernalis non est. L. Mela. §. finali. D. de alimenis & tibiariis legatis. Pro quo videri potest P. Fragus Tomo 1. pag. 400. num. 51. Non tamen licet vnu, ex quo detrimentum aliis prouentre possit vt si quis velit partem fluminis in proprium commodum deriuare, ex quo alij damnum patiantur: cuius sunt generis deriuations ad irriganda prædia; quæ si cuique licent pro arbitrio, multis ad irrigationem necessaria copia deficit, & ita detrimentum erit segetum manifestum. Oportet ergo vt super hoc superior adsit prouidentia, per quam unicuique aqua sufficiens tributatur, inter prædia irrigua proportione seruara. Tunc ergo aqua sibi specialiter attributa valetque est dominus, vt eam possit prout voluerit agrorum suorum plantis & semenibus applicare. Ex quo sequitur & fluminis esse dominium posse: sicut enim aqua pro suo prædio attributa dominus est: ita & qui agrorum omnium est dominus; in quibus prædia existunt, possit totum flumen ad irrigationes sibi commodas applicare: vnde & illius etiam est dominus & summandus. Posse enim flumina sub dominium cadere, communis sententia est, vt videri potest apud P. Lessius Lib. 2. Cap. 4. num. 52. id tamquam certum statuentem. Et hoc pacto recte intelligitur quomodo Reges nostri in Indiis fluminorum domini dici possint, quatenus scilicet agros suo possent colere nomine, & flumen integrum ad irrigationes eorum deriuare. Quando ergo agros cum aquâ necessariâ ad irrigationes tradunt, quod suum est tribuant, & dominij actum exercent; nisi circa hoc velimus de nominel ligare.

165 Videtur autem ex prædictis sequi neminem posse plus aqua usurpare sibi, quam ei sic Regiâ imparitione permisum: vnuquisque enim sura est dominus portionis, vnde eam auferens iustitiam concinxit violare. Et ita quidem generaliter afferendum est, vt ratio adducta demonstrat. Non tamen propter ea videtur de mortali peccato damnandus, & cum restitutio-nis onere, qui ex communi alueo plus aliquid sumat, quam sit illi per publicam potestatem assignatum. Neque enim resista cum ea videretur obligatione disposita, neque necessitates terrarum ad vngiem dignosci possunt, aut propter usurpationem huiusmodi notabile alis detrimentum generari. Vnde & in hoc quotidiana compensationes fiunt, dum quisque plusquam illi im-partitum sit, conatur attrahisse. Sunt etiam damnalia vicinorum communia, quæ compensari hoc pacto possint, cum de eorum non constet qualitate. Quin etiam quod aqua ex se res communissima est plusquam terra, vt diximus: & licet ad dominium pertinere possit quia flumen est, non tamen cum eo rigore quo alia: & ita illius distributio non est sub mortalis peccati reatu scrupulosis limitibus obseruanda. Si tamen quis aquam iam in agrum alterius immisit, & intra illum fluentem, inde ad suum deduceret, alueo,

per quem decurrat, aperto, non videtur à reatu dicto excusabilis & restitutiois obligationes: quia aqua illa specialissimè erat sub dominio prædiarij illius, & sumptibus propriis inducta, & ita furtum in eo manifestè consummatur, cuius & damnum ob irrigationis defectum pariter esti-mandum.

166 Pro prædictis autem iuvant doctrinæ probabiles gratuum Scriptorum loquentium in simili. Si quis contra prohibitionem in loco publico communitatibus pacat aut ligna cedat, non peccat mortaliter, neque ad restitucionem tene-tur, quidquid de peccato veniali sit. Ita Dom. Sotus de Injustitie & Iure Lib. 4. Ques. 6. Art. 4. & alij, ex quibus P. Lessius suprà Cap. 5. num. 55. Quorum ratio est, quia in rebus his communibus non censetur notabilis iniuria committi per eos, qui alia ius habent, nisi forte enorme damnum inferatur. Idem est de incolis duorum oppidorum aut pagorum habentium loca compalcia, vel sylvas cæduas; si alij in aliorum pacuis passionem exercant, aut hinc inde lignentur, Sic P. Lessius ibidem & Bonacina Disput. 1. de Restitutione Ques. 3. Puncto 7. num. 26. vbi alios adducit. Quorum ea est ratio: quia licet ius ad talia absolute desit: tamen quia passim securi contrarium ab irraue parte fieri, censetur communites vicinij condonare quod sublatum fuerit, contentus multa, si qui in furto capiuntur. Ergo & licebit quod aquâ diximus propter similes rationes. Vbi & sine scrupulo à servis vicini prædij aqua petitur, nonnulli pecunia dato. Cum autem illi peccare in hoc grauiter existimant, eâ certe ratione non licet, nisi illis id esse licitum quis persuaserit. Quod erit quidem frequenter, eo quod miseri illi alimenta labori congrua non accipiunt, vnde & possunt sibi consulere de bonis dominorum, & ita aquæ venditione. In villicis autem non sic accidit, qui ex officio dāmnis tenentur occurrere; vnde & ad restitucionem obligantur. Vide P. Gasparem Hurtadum Disput. 1. de Iure, Difficult. 32. 5. Obseruandum. Nisi forte villicus videat, sine detrimen-to prædij, cui præst, id stare posse, & satis sit circa rem istam instructus, quales non pauci inueniuntur.

CAPUT XXII.

De Officiis vendibilibus, & prouenti-bus ex iisdem Regio patrimonio adiectis.

Sunt illa quamplura in Indiis, sicut & in Hispaniâ: vnde quæ communia vrobiique sunt, non est cur laxo calamo perseguamur. Posse illa vendi iam vidimus Titulo 1. Cap. 16. Sed inquirendum circa hoc §. 5. seqq. quod discussione aliquâ videtur indigere. Et ita sit